



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1670

Quæst. 3. Vtrum Deus se ipsum cognoscat in creaturis. Et qua ratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77011)

talet distinctione: nec posse vlo pacto ad aliud munus deseruire, in ordine ad quod non datur talis aequivalencia. In quo differt a distinctione formalis; quia, cum vera extremonum distinctio sit, ad quocunque munus compararetur, manet distinctio. Cum igitur formalitatis Dei, que in ordine ad aliquod munus aequivalent rebus distinctis, cum revera sint idem, non eo ipso in ordine ad sui intuitionem rebus distinctis debeant, imo nec possint aequivalere iuxta dicta loco citato. Conficitur plane, distinctionem virtualem, quam habent relatae ad tale munus, non eo ipso esse distinctionem in ordine ad sui intuitionem. Erunt igitur prorsus idem relatae ad hanc, in ordine ad quam non admittitur talis aequivalencia; quidquid sit de formalitatibus revera, & formaliter distinctis, quales relationes sunt comparatae inter se. De qui-
sius mox.

Propositio 2.

²¹ Deus neque vnam ex suis relationibus personalibus cognoscit in alia; tametsi illa revera distincta, & inter se connexa sint.

Difficilior est haec propositio. Ex eiusdem tamen principijs, ac precedens, probanda venit. Cum enim relations personales, et si inter se distincta realiter, sint nihilominus identificatae realiter cum essentia diuinâ; nequit vna ad sui perfectam intuitionem determinare, quin ad eamdem eodem modo determinet alia; nec potest vna uno modo, & alia alio modo cognosci per ipsam intuitionem, prout opus est, vt vna in se, & alia in illa cognoscatur. Cuim ratio conspicua est; quia, cum Paternitas e. g. revera sit idem cum essentia, nec in ordine ad sui intuitionem distincta sit, adhuc virtualiter, ab illa, vt statuimus; necessarium omnino est, vt Paternitas, & essentia eodem prorsus modo cognoscantur, eodemque prorsus modo determinent ad sui intuitivam cognitionem: cumque similiiter idem de essentia, & Filiatione necessario dicendum sit. Conficitur plane, Paternitatem, essentiam, & Filiationem eodem prorsus modo debere per sui intuitionem tangi, ad eamque determinare. Cum quo nullatenus stare potest, vt Paternitas in se, & Filiatio in Paternitate, aut vice versa cognoscantur a Deo. Quod enim in se cognoscitur, diverso modo per cognitionem tangitur, ac, quod cognoscitur in alio: & primum ad cognitionem determinat; secundum non item.

²² Vnde etiam colligitur, nec posse Deum vnam suarum relationum ex alia cognoscere: tametsi hic modus cognoscendi alias sit ei possibilis. Quia, cum cognitione Paternitatis e. g. non possit non eodem modo tangere Filiationem, vt vidimus; non superest locus, vt ex cognitione Paternitatis moueat Deus ad comparandam nouam notitiam Filiationis; prout opus est, vt dicatur cognoscere Filiationem ex Paternitate, & non itidem ex se ipso prius iam cognita. Porro, que contra utramque nostram propositionem ab Adversariis obiciuntur, aut obici possunt, tam facile ex doctrina tradita poterit vniusquisque diluere, vt in illis proponendis, & diluendis opus non sit morari.

QVAESTIO III.

Vtrum Deus se ipsum cognoscat in creaturis. Et qua ratione.

²³ Cognoscere se Deum in creaturis, est cognoscere se determinatus non a sua, sed a creaturis cognoscibilitate, idque per eamdem cognitionem cum creaturis ipsis iuxta definitionem superioris traditam de cognitione vnius in alio. Igitur P. Ruiz disput. 2. de Scient. sect. 3. num. 5. & P. Alarc. tract. 2. disput. 2. cap. 2. cum aliis ab eo relatis negant, Deum se ipsum in creaturis cognoscere. Affirmant tamen Herice disput. 4. cap. 2. conclus. 3. Albiz disput. 3. de Scient. sect. 2. Sfort. lib. 1. num. 37. Gasp. Hurt. disput. 2. de Scient. diff. 3. Martinon 1. par. disput. 10. sect. 4. Ribas disput. 3. cap. 3. Arriag. disput. 1. 8. Raynaud. in Theolog. nat. distinct. 8. quæst. 1. Ribaden. disput. 5. de Scient. cap. 1. & alij Recentiores. Fauet etiam Pet. Hurt. de Charitate disput. 1. 21. sect. 8. Ex quibus nonnulli vt Albiz, Gasp. Hurtado, & quidam Recentiores existimant, Deum non intuitiu, sed abstractiu se cognoscere in creaturis. Alij vero, vt Pet. Hurt. Ribaden, & alij Recentiores censem, Deum non abstractiu, sed intuitiu se cognoscere in creaturis. Cum quibus sentit Hemel. tit. 6. disput. 2. cap. 9. a num. 9. Denique Herice supra num. 8. arbitratur, cognitionem, qua Deus se cognoscit in creaturis, non formaliter, sed eminenter tantum esse abstractuar, quatenus, nisi obstat imperfectione, cognitione de creaturis cognitionem abstractuam formaliter induceret de ipso Deo. Addunt nonnulli, Deum se ipsum etiam cognoscere in iudicio creato de se, non solum infallibili, sed etiam fallibili precise ratione ordinis, quem ad se habet tale iudicium, in quantum est cognitione, secluso ordine, quem habet, in quantum est creatura.

Propositio 1.

Deus se ipsum cognoscit in creaturis. ²⁴

Probatur. Quia creatura, non solum quoad existentiam, sed etiam quoad possibilitem suapte naturae cum Deo ipso tanquam cum causa prima intrinsecè connexa sunt; vt cum communis contra nonnullos Recentiores ostendimus tom. 1. disput. 4. quæst. 4. talisque connexioni a Deo cognoscibilis est; vt est notissimum. Ergo per illam determinatur Deus ad se cognoscendum eodem actu cognitionis, quo tangit ipsam connexionem. Quod est, in creatura lecum connexioni se ipsum cognoscere; prout constat ex generali doctrina tradita supra disput. 23. quæst. 6. & 7. Ibi enim ostendimus, Deum per relationem connexionis metaphysicæ, quæcunque ea sit, determinari ad cognoscendum. eadem cognitione eius terminum; atque adeo hunc in ipsa re connexioni cognoscere. Cognoscit ergo se in creaturis, quarum metaphysica connexionis ipse terminus est. Nec est hic specialis difficultas, quæ ibi in viuiversum complanata

nata non sit. Vbi argumenta, quae ab Adversariis contra hanc doctrinam opponuntur, dilimumus. Ceteraque, quae opponi possunt, per doctrinam ibidem traditam facile quisque diluet.

³⁵ Vnum cunctum modum libet specialiter ostendere. Deus cognoscit creaturas in se ipso. Ergo nequit se ipsum cognoscere in creaturis. Alias, si in creaturis cognitus in se ipso potest iterum se cognoscere; rursum in se cognito in creaturis poterit creaturas cognoscere; procedamusque in infinitum. Quod est absurdum. Respondeo, huiusmodi processum neutiquam sequi ex nostra sententia. Non enim affirimus, Deum se cognoscere in creaturis prout cognitis in se ipso; sed in creaturis prout cognitis in ipsis met: neque, Deum cognoscere creaturas in se prout cognito in ipsis creaturis; sed in se prout cognito in se ipso. Quo cessat praedictus processus. Itaque, cum creatura ex una parte determinet ad cognitionem sui, & Dei: & Deus ex alia parte determinet ad cognitionem sui, & creaturarum, (vt modum ex dicendis disput. 25. supponimus); triplex omnino cognitio, quod ad rem attinet, oriunda ex his determinationibus potest excogitari: alia, ad quam sola creatura: alia, ad quam solus Deus: alia, ad quam Deus simul, & creatura determinent. Per primam creaturam in se, & Deus in creaturis cognoscetur. Per secundam Deus in se, & creatura cognoscetur in Deo. Per tertiam autem utrumque simul fiet: nam creatura simul in se, & in Deo: Deus autem simul in se, & in creaturis cognoscetur. Arbitror autem, has tres cognitiones, utpote ex suo genere diversas, de facto in Deo reperiiri iuxta doctrinam universalis de multiplicatione actuum Dei statutam disput. 23. quest. 4.

Propositio 2.

²⁶ Deus in creaturis nullatenus se abstractiuem cognoscit; sed prorsus intuitiuem, & vt est in se.

Constat haec propositio ex doctrina tradita disput. 23. quest. 6. proposit. 2. & quest. 7. proposit. 2. Vbi univertaliter ostendimus, eti coimpresso ex se non determinet ad cognoscendum suum terminum quiditatem, sive intuituem, posito, quod non sit connexionem cum illo quoad totam quiditatem, sed tantum quoad aliquod eius praedicatum; attamen Deum non posse per illam non determinari ad cognitionem quiditatem, sive in uitium talis termini; eoquod principia determinabilia per talem connexionem in Deo ad aliud genus cognitionis determinari nequeunt, utpote quibus prorsus repugnat cognitione imperfecta; qualis est omnis cognitione non plene intuitiva, & quiditativa. Ex quo patet, dato, quod connexionem, quam creatura cum Deo habent tanquam cum causa prima, tantum inducat, quantum ex se est, ad cognoscendum Deum abstractiuem, quod praedicatum videlicet cause praecipuum ab aliis; ipsum tamen Deum, per illam, non ad cognitionem, cui abstractiuem sibi impossibilem induci, sed ad perfectissime intuitivam. Non igitur abstractiuem, sed prorsus intuitivem cognoscit se Deus in creaturis.

Dices. Deus non aliter se potest cognoscere in creaturis, quam est in ipsis cognoscibilis. Sed tantum est in eis cognoscibilis abstractiuem. Ergo. Concessa maiore, nego minorem. Quia, licet Deus in creaturis abstractiuem tantum sit cognoscibilis ab intellectu creato, a se tamen ipso non abstractiuem, sed perfectissime intuitiuem in illis cognoscibilis est. Posito siquidem, quod creature de uno tantum determinent ad abstractiuem Dei cognitionem intellectum creatum, cui ea possibilis est; intellectum tamen diuisum, cui ea repugnat, non ad eam, sed ad perfectissime intuitivam ipsi possibiliter determinant, prout constat ex dictis. Cetera, que hic potest desiderari, ex loco citato petenda sunt.

Propositio 3.

Dens in cognitione infallibili de se ipso, sive sit fides, sive scientiae, speciali titulo se cognoscit, etiam intuitiuem.

Quia cognitione infallibilis infallibilitate metaphysica, de qua loquimur, preter connexionem transcendentalis, quam habet cum Deo, vt cum sua causa, in quantum creatura est, speciale insuper habet connexionem cum Deo, vt cum suo obiecto, in quantum est eius cognitione sapientie natura infallibilis. Connexione autem haec non potest non esse, atque illa, determinare Deum ad se cognoscendum intuitiuem in ipsa cognitione: cum sit proprium omnium metaphysicae connexionis determinare Deum ad cognoscendum in re connexa suum terminum; Ut ex doctrina vniuersali tradita disput. 23. quest. 6. citata proposit. 2. fatis, superque notum est. In quo amplius non est merendum.

Propositio 4.

Deus nullam ratione se cognoscit in cognitione fallibili de se ipso titulo respectus, quem talis cognitione ad ipsum, vt ad obiectum habet. Tametsi huiusmodi cognitionem cognoscere non possit, nisi simul se ipsum vt terminum praedicti respectus apprehendat simpliciter.

Hae propositio ex doctrina tradita supra disput. 23. quest. 6. constat. Nam, vt dicebamus ibi, relatio non connexionis, qualis vt suum est ea, quam habet ad obiectum cognitione, de qua est sermo in propositione, ad cognoscendum suum terminum non determinat; licet non queat sine illo cognosci, quod est quid diuersum. Nisi autem unum ad aliud cognoscendum determinaret, non potest dici, loquendo propriè, primum in secundo cognosci, vt fusus loco citato expositum est. Adde, eti relatio non connexionis ad cognoscendum suum terminum determinaret, achuc absolute dici non posse, terminum in re relata cognosci; quia cum relatio non connexionis tantum expicit, vt eius terminus apprehensione cognoscatur, vt vidimus etiam ibidem: tantum determinaret ad simplicem sui termini apprehensionem. Quod autem tantum simpliciter apprehenditur, non dicitur absolute cognosci, atque adeò neque cognosci in alio.

Sed

Disp. 24. De scientia, qua Deus se cognoscit. Q. 4. 5. 45

30 Sed dicunt Recentiores, et si relatio non connexionis ex se tantum determinaret ad apprehensionem simplicem termini, Deum tamen per illam ad iudicium determinari: quia sat est, tam relationem determinare Deum ad cognoscendum utique terminum, ut Deus, cuius intellectus non potest non quidlibet perfectissimo modo cognoscere, per eam determinationem inducatur ad cognoscendum ipsum terminum intuitivè & comprehensivè, atque adeò iudicatiue. Sed contra. Quia, semel admissa determinatione ex parte predicta relationis ad simplicem apprehensionem termini, doctrina Recentiorum tantum posset habere locum casu, quod talis apprehensionis est Deo impossibilis; nec posset ipse ad illam, sed solum ad iudicium determinari. Ceterum, cum simplex apprehensionis predicti termini sit Deo possibilis, ut disput. 23. quest. 3. ostensum est; nequicet ille in casu admisso per relationem predictam ad aliud genus cognitionis determinari: quia neque relatio, neque perfectio diuini intellectus aliud genus cognitionis exposcet. Addo, quando cognitionis fallibilis habitat per speciem alienam, ne apprehensione quidem simplici de obiecto eius egere Deum ad cognoscendum illam iuxta doctrinam à nobis traditam. in Pharo Scient. disput. 12. quest. 5. proposit. 2. Tametsi de phantasmate substituto pro tali obiecto aliquam saltem apprehensionem simplicem habere debeat.

31 Ex dictis in hac questione colligitur, Deum se ipsum in quoquis alio obiecto metaphysice secum conexo cognosci intuitivè titulo talis connexionis: non vero itidem in obiecto ad se alter, quam per talem connexionem, relato: tametsi nullum obiectum ad se relatum queat attingere, nisi se simul apprehendendo simpliciter, sive eodem actu, sive diversis iuxta dicta quest. illa 6. disput. 23. Addo, alter, quam titulo connexionis, quam creature habent cum Deo, & praescindendo ab illa, tot insuper modis cognoscere se Deum in creaturis, quot creature ipsas cognoscit in se iuxta dicenda disput. 25. vbi de modis istis speciatim agendum est.

QVAESTIO IV.

An Deus se cognoscet ex creaturis.

32 Cognoscere se Deum ex creaturis est cognoscere se cognitione orta ex cognitione creaturarum tanquam ex principio mouente, ab eaque subinde distincta, iuxta definitionem cognitionis vnius ex alio traditam disput. 23. quest. 7. Igitur negativam partem questionis absolute tradunt Herice disput. 4. de Scient. cap. 3. a. num. 21. Sfort. lib. 1. sive Theolog. num. 36. Alarc. tract. 2. disput. 2. cap. 2. Gasp. Hurt. disput. 2. de Scient. diff. 4. Arrag. disput. 18. sect. 3. subsect. 2. Ribaden. disput. 5. de Scient. cap. 4. & alij Recentiores. Affirmatim vero sequuntur Albiz disput. 3. de Scient. sect. 3. Ribas disput. 3. cap. 4. & quidam alij Recentiores.

Propositio 1.

Deus ex creaturis se cognoscit. Ex 33
creaturis, inquam, non formaliter, sed
tantum virtualiter.

Est dicere; intellectus diuinus per cognitionem creaturarum mouetur ad producendam virtualiter cognitionem Dei, quae ab ipsa creaturarum cognitione virtualiter distincta sit. Hac propositio ex doctrina tradita disput. 23. quest. 6. proposit. 2. & quest. 7. proposit. 3. constat. Ibi enim universaliter probauimus, Deum hac ratione unum quodvis obiectum ex alio cognoscere, quoties secundum cum primo essentialiter est connexum; qualiter creature cum Deo ipso connexæ sunt. Recolatur doctrina ibi tradita. Vbi etiam argumenta ei opposita dilata sunt.

Propositio 2.

Cognitionis, quam Deus de se comparat ex creaturis, non abstractiuia, sed plenè, & perfectè quiditatua, sive intuitiuia est.

Quia, licet creature non inducant ex se ad cognitionem quiditatuum, sive intuituum Dei, ipsum tamen Deum non possunt non inducere; utpote cui alia cognitionis non plenè quidatua, sive intuitua repugnat. Recognoscere doctrinam datum loco citato, atque iterum repetitam questione precedente.

Propositio 3.

Deus ex cognitione creatæ infallibiliter secum connexa ut cum obiecto se etiam speciali titulo intuitiuè cognoscit. Ex cognitione vero fallibili ad se vt ad obiectum relatæ relatione non connexionis non se cognoscit titulo talis relationis.

Constat etiam hæc propositio ex doctrina universalis loci sèpe citata. Ibi enim statuimus omnem relationem connexionis per cognitionem sui mouere, determinareque Deum ad cognoscendum suum terminum; relationem vero non connexionis minimè: tametsi hæc sine suo termino simpliciter saltem apprehensi cognosci non possit. De quo videtur, quæ ibidem dicta sunt, atque etiam questione precedente. Porro tot insuper modis cognoscit se Deus ex creaturis independenter ab earum connexione, quod ex se cognoscit creature iuxta dicenda disput. 25.

QVAESTIO V.

Vtrum Deus comprehensivè se cognoscet,
Et qua ratione.

36 Certe dogma est inter Theologos, Deum se comprehendere eo genere comprehensionis, quo